

impedire; & ideo hæc sententia non est probanda, cum hoc sit valde alienum à charitate Petri, & cum ad hoc nulla nos ratio cogat, & Scriptura aliter exponi possit. Deinde si Petrus intendens oblitere Christi passionem ex amore ipsius Christi grauerit est reprehensus. Vade post me Satana; Matth. 16. num. 23. quomodo fieri posset, quod ex proprio commodo eam impedire audiret?

Matth. 16.

160.

Vera sententia.

Hieron. Ambros. Tertullian. Leo.

Quintò. Petrus nil cogitans de morte Christi impedienda, sed obstupescens tanta visa maiestate, ac illectus tantæ gloriæ fruitione, volens in ea perseuerare, nesciens quid dicebat, in hæc verba prorupit: Bonum est nos hic esse. Ita D. Hieronymus in cap. 17. Matth. D. Ambrosius in cap. 9. Luc. Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. D. Leo serm. de Transfigur. ait: Petrus Apostolus in æternorum desiderio, quodam mentis rapiebatur excessu, & gaudio totius visionis impletus, ibi cum Iesu optabat habitare, ubi manifesta eius gloria latuatur, vnde ait, Domine, bonum est nos hic esse. Et cum hac sententia soluuntur multæ implicationes, vt notat Abulensis quæst. 62. & 63. in his dictis Petri. Nam ipse volebat, fieri tria tabernacula, aut opere diuino, vel humano, si diuino, non debebat dicere, faciamus, sed Domine, fac, impetra; si humano, multus labor, multaque paramenta, ac expensæ, multorumque dierum exercitatio, necessaria erant, gloriæque illa, à qua Petrus separari nolebat, interrumpenda foret. Quæ omnia inconuenientia cessant, si astruatur, quod Petrus mentis excessu à se raptus, seu timore exterritus, vt colligitur ex textu Marci, hæc dixit, vt inquit citatus Abulensis.

161.

Paschal.

Merces, alij dicitur, maxime nos impellit ad opus.

Sextò, & iam moraliter. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Offerebat Petrus, ait, seruitutis officium accommodare sibi, cupiens mercedem laboris. Cur Petrus tam sollicitè se offert ad tria tabernacula fabricanda? Viderat Petrus tam amplam mercedem prophetis Moyse, & Eliæ datam ob sua merita, inde maxime mouetur, vt velit suo labore meritum comparare, quo similem mercedem valeat recipere, qualem Prophetis distributam videret. Tam efficax est, alijs exhibitæ remunerattonis agnitio, vt pauper piscator ad tentoria facienda libenter se offerat, & impellat.

162.

Apocal. 7.

Tabernacula, ne amicum exeat, vel inimicus intraret.

Septimò. De his, qui sunt in gloria, dicitur. Neque cadet super illos Sol, neque ullus æstus. Apocal. 7. num. 16. Ad quid ergo Petrus in gloria offert obumbracula, quæ veluti valent protegere à Sole, ac temporum inclementia. Pro munimine, ac securitate illius status, quodammodo videtur, quod Petrus tabernacula facere optabat, vt ita Eliæ, & Moyse minimè discederent, & ne Pharisæi videntes gloriam, in illam se intromittere conarentur; ex quo felix ille status perturbaretur. Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Psalm. 147. num. 2. seu, vt alij legunt, muniuit. Ad quid tot vestibus fulciuit, ac vallauit claufas portas? D. Augustinus. Tantum confortauit velles portarum tuarum. Nemo exeat, nemo intret. Id est, vt non exeat amicus, nec intret inimicus, Sicque Petrus intendebat tabernacula fabricare, ne ullus ex amicis exiret, vel aliquis ex inimicis intraret.

Psalm. 147.

August.

163.

Rege in gloria viuente, miles non bellum, sed gloriam appetit.

Octauo. Ait Petrus: Bonum est, nos hic esse. Ipse, vt inquit Evangelista, nesciebat quid diceret. Magnū tamen habere potest excusationem. volebat enim ille esse in illa felici quiete, ac gloria, cum magister, & dominus suus in gloria aderat. Si magister, ac rex indulget delicijs, ac voluptatibus, quomodo miles ad bellum perget, laboribus in-

cumbet, ac discrimini se committet? Nam, vt ait Valerius Maximus, Principis exemplum, minorum est informatio vite. Petrus audiebat sermonem de morte, magistrum tamen videbat in gloria: parum valent verba persuadere ad luctamen virtutum, si opera quietam gloriæ indulgentiam ostendunt.

Valer. Max.

164.

Cum rex Ochozias graui morbo infirmaretur, misit nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron. Quibus occurrens Elias ait: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quam obrem hæc dicit Dominus De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. 4. Reg. 1. num. 4. Qui reuersi cum hæc Regi nuntiaffent, multo suo dolore fidem dedit verbis Eliæ. Postea verò multis elapsis annis adductæ sunt epistolæ ab Eliâ ad regem Ioram: Allatae sunt ei litteræ ab Eliâ propheta, 2. Paral. 21. num. 12. In quibus multa futura mala Regi prædicebat. Illa autem omnia Ioram rex contempsit, illique minime fidem adhibuit. Magnum est dubium: Ex quo loco huiusmodi litteræ deuenierint? Multi iam erant elapsi anni post transitum Eliæ. Hebræi in Seder Olam cap. 17. Genebrardus lib. 1. Chron. Lyranus, Serarius, Sanchez, Bellarminus, Salianus, Cornelius à lapide putant, quod fuerunt missæ ab Eliâ è paradiso terrestri, in quo debebat. Sed nunc iterum maior insurgit difficultas: Quare rex Ochozias fidem præstitit dictis Eliæ, non verò rex Ioram, cum utriusque à Propheta prænnunciata sint aduersa? Ratio diuersitatis ex circumstantijs aperte deducitur: nam quando Elias remisit nuntios regi Ochozias, aderat Parens Eliæ, Zona pellicea accinctus renibus 4. Reg. 1. num. 8. Homo cilicio, ac poenitentia habitu indutus, facile mortem, ac austeram valeat persuadere. At quando Ioram transmissæ sunt epistolæ; in quibus multæ calamitates lamentabiles continebantur inter paradisi delicias versabatur Elias: & qui inter oblectationes degit, non multum efficac in laboribus, ac ærumnis suadendis. Elias, cilicio, ac pellibus, non verò paradisi oblectationibus accinctus dura, & austeram in hominum mentes inducit.

4. Reg. 1.

2. Paral. 21.

Hebræi. Genebrard. Lyranus. Serarius. Sanchez. Bellarminus. Saliannus. Corael.

4. Reg. 1.

Austeram, non inter oblectationes, sed in statu poenitentia persumendatur.

165.

Matth. 14. Marc. 6.

Abulens.

Marc. 10. Principis in requie difficiliter suadet milites ad discrimina.

Satis vulgate est in toto Euangelio, quod ad quemcumque locum se Christus Dominus conferebat, secuti sunt eum Discipuli eius. Tamen finito illo magno conuiuio, in quo Christus Dominus quinque panibus saturauit quinque millia hominum, vt eius Discipuli ratem conscenderent. Matth. 14. n. 22. Compulsi Iesus Discipulos ascendere in nauiculam, Marc. 6. n. 45. Coegit Discipulos suos ascendere nauim. Discipuli prompta obedientia Domino obtemperabant, quomodo tunc necesse fuit eos cogere, ac compellere. Perpondera, quæ scribit D. Marcus ibid. n. 47. Ipse solus in terra. Vnde ait Abulensis in cap. 14. Matth. quæst. 134. Compulsi precipue, quia per hoc, quod Christus iubebat Discipulis, præcedere trans fretum sine eo. Ideo necesse fuit vim verbo, mandatoque inferre Discipulis, quia, ipse Dominus remanebat in terra. Quando Dominus præcedebat eos, vt in ascensu ad Ierosolymam, scribit D. Marcus 10. num. 32. expedite, ac facile omnes sequebantur. At cum Dominus secutus consistit in terra, vt Discipuli tempestatibus, ac periculis maris se committat, necesse est, vt vis mandato adhibeatur.

Q V Æ

QUESTIO XX.

Quare Petrus pro Domino, ac Patribus offert tria tabernacula, de se verò, ac alijs Apostolis non agit,

166.

Tertullian.

Ieiunium facis amulari diuinam naturam.

Chrysol.

Matth. 4.

167.

Abulcol.

Vna maiestas alteram secum non patitur.

168.

Lyranus.

Abulens.

Homo sine maiestate, in quo habet loco.

ALDEMIUM, quod D. Petrus pro Domino, & seruis æqualiter offerat tria tabernacula, Tibi vnum, Moyse vnum, Eliæ vnum. Pro quo respondet Tertullianus lib. de Ieiun. aduers. Pfich. cap. 6. Merito igitur etiam in carne se Dominus Moyse ostendit collega ieiuniorum suorum, non minus & Eliæ. Et paucis interpositis subdit. Tanta est circumscripti victus prerogativa, vt Deum præstet homini contubernalem, parem reuera pari. Si enim Deus æternus non esuriet, hoc erit tempus, quo homo Deo adequetur, cum sine pabulo viuunt. Ex omnibus antiquis Patribus assumuntur à Domino Moyse, & Eliæ ad mysterium Transfigurationis; quia hi duo per quadraginta dies collegæ Domini in ieiunando exiterunt. Sed quomodo Petrus æque offert Domino, ac seruis tabernacula tria, cum sine dubio multo maius erat Domino parandum. Tanta est circumscripti victus prerogativa, vt Deum præstet homini contubernalem, parem reuera pari. Tanta est ipsa ieiunij virtus, vt sit veluti quoddam Diuinitatis collegium, ipsunque Diuinitatem amulari videatur. Vt Deum præstet homini contubernalem, parem reuera pari. Qui ergo fuerunt in ieiunando collegæ, sint & collegæ, vt eodem modo pro ipsis cotubernia construantur. Hoc erit tempus, quomodo Deo adequetur, cum sine pabulo viuunt. Expende exaggerationem adequetur pro quodammodo amulari. Rectè D. Chrysologus serm. 13. ad id, quod Diabolus dixit Christo Domino ieiunanti: Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Matth. 4. num. 3. ait S. Pater: Videtis, quia iam non hominem, sed Dei filium credit, quem liberum à ventris conspexerat seruitute.

Secundò respondet Abulensis quæst. 64. quod Moyse, & Eliæ non erant adiuuicem subiecti; & ideo cuilibet debet vnâ domum, vt non videretur vnus alteri subiectus, vnusque alteri anteponi; ac proinde vt cuilibet placeret, tria tabernacula offerat. Tertio. Christus apparebat transfiguratus in gloria. Moyse, & Eliæ visi sunt in maiestate, seu gloria, vt scribit D. Lucas: ergo pro eorum maiestate offert tria tabernacula, id est tres thronos pro pompa vnusquisque, more humano rem iudicans; vna enim maiestas alteram secum non compatitur inter homines. Quarto. Hæc Petrus dixit inaduerter, nesciens quid diceret.

Secunda quæstionis pars inquit: Cur Petrus pro se, ac condiscipulis tabernaculum non petit? Respondet Lyranus. Non loquitur D. Petrus de tabernaculo pro se, ac socijs, quia volebat cum Christo esse in ipsius tabernaculo, & socij eius cū alijs duobus, scilicet Moyse, & Eliâ Abulens. q. 64. existimat, quod ideo Petrus de huiusmodi tabernaculis siluerit, quod in eodem cum Christo tabernaculo ipsum, & condiscipulos habituros arbitrabatur, quia ipsi erant soliti manere cum suo magistro, à quo villo modo nolebant separari. Tertio. Quia cum Apostoli hic non niterent in gloria, vt Moyse, & Eliæ, bene poterant in alterius tabernaculo sese recipere. Quarto. Quia, vt iam dixi in expositione, Moyse, & Eliam

abeuntes volebat Petrus retinere, vnde de eis, non verò de se, ac socijs erat sollicitus, quia erant ibi permanentes.

169.

Quintò. Quia Apostoli, in quocumque loco, seu angulo à suo magistro collocarentur, ibi bene, & apte se haberent. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth. 6. num. 12. Expende illud, sicut & nos: nam nos pauca, & imperfectè dimittimus; ipse verò multa, & perfectissimè. Illud Sicut & nos non dicit certam mensuram, sed veluti quandam rationem inductiuam, vt docent D. Augustinus, D. Paschasius, D. Gregorius Nyssenus, & alij à me citati tom. 2. eap. 15. quæst. 17. Si enim ipse inducatur ad dimitendum, non parce, ac imperfectè vt nos dimittimus, sed amplissime, ac omnibus modis absolute dimittet.

Matth. 6.

August. Paschal. Nyssenus.

Deus, quæ donat, largissime donat.

170.

Probabilius tamen mihi dicendum videtur, quod Petrus inconsideratè, ac sui, suorumque condiscipulorum oblitus præ gloriæ magnitudine, nesciens quæ dicebat, in hæc verba prorupit: Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: intendens, quod Christus cum ipso ibi permaneret, vt ille tanta gloria fruere, non aduertens, quod si Christus à monte illo non descenderet, nec ipse, nec alij homines redimerentur, sed captiui sub potestate antiqui hostis remanerent.

Petrus sibi disconueniens petit.

171.

O quàm sæpè homines ea petunt, ac quarunt, quæ ipsis sunt deteriora, ac in eorum damnum, ac detrimentum conuertuntur! Duorum puerorum grauida erat Rebecca, de quibus prædictum erat: Maior seruiet minori. Gen. 25. num. 23. Adueniente autem partu collidebantur pueri veluti inter se inuicem pugnantes, quismam eorum prior esset egressurus; & in ipsa puerorum effusione adhuc vnus alteri non cedebat: Iacob enim plantam fratris tenebat manu. O magna ignorantia! Qui prior egredietur, erit famulus, & seruus. Procopius. Qui affectat, ait, maior esse, & se maiorem iactat, subiicitur illi, qui minor habetur. Et tamen pueruli pro primo exitu magnopere decertantes concurrebant. Hæc est sæpè hominum innata natura, vt pro ipsis deterioribus, & quæ in eorum detrimentum vergent, sæpè contendant, & anhelent.

Homines, quæ sibi sunt deteriora, petunt. Genes. 25.

Procop.

QUESTIO XXI.

Quare Petrus inscientis nota suggillatur?

172.

IVVS Petrus suum placitum Magistro exponens ait: Domine, bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, &c. De inscientia notatur. De eo scribit D. Marcus: Non enim sciebat, quid diceret. Et D. Lucas. Nesciens quid diceret. Huius ignorantia causam assignat D. Marcus dicens: Non enim sciebat, quid diceret; erant enim omnes timore exterriti. Illa particula enim indicat causam præcedentis sententia: non sciebat, quid diceret: vt notarunt Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. Damascenus Orat. de Transfigur. D. Chrylostomus homil. 57. in Matth. Euthymius in cap. 9. Marc. Qui asserit, hunc Petri timorem ex eo esse ortum, quia tacite mortem Domini impediabat. Superiori quæst. hanc sententiam non approbau. Fuit ergo iste timor extortus ex admiratione, ac stupore præ magnitudine illius visionis. Qui timor optime potest consistere cum ingenti gaudio de eodem bono.

Timor inscientia causa.

Tertullian. Damasc. Chrylost. Euthym.

Longa,



**173.** Longa, & fatis agitata difficultas: Cur Petrus nesciens dicitur? Cur scilicet, quando Petrus negat, non vocatur nesciens, sed quando de tabernaculis construendis tractat? Respondet primò **Daf. Seleucus.** D. Basilius Seleucus Orat. 43. *Suam ipse socordiam arguit, cum Dominum cum servis annumerat; Subiectos pari honore cum Domino putavit esse. Idem docent D. Proculus, & D. Ephren Orat. de Transfigur. & D. Chrysostr. serm. 5. de Petri negatione. Alienam à recta ratione, eadem mensura dominum, & servum; regem, ac subditum metiri: Et cum in faciendis tabernaculis nullum difcretum interponat Petrus inter Dominum, & servos; ideo, vt tantum facinus à Petro alienum credatur, necesse est, eum ignorantem exprimi, & in medellam sententiæ Petri, vos Patris statim intonuit: Hic est filius meus dilectus: alios servos declarans, hunc, scilicet Christum, filium essentia, & natura, vt notat citatus Seleucus, & infra dicam.*

**174.** **Proculus.** Secundò D. Proculus serm. de Transfigur. *Ex piscatore, inquit, factus tabernaculorum fabricator, dum Servatorem his compellat verbis: faciamus tria tabernacula, tibi unum, Elie unum, & Moyse unum, nesciens quid diceret. Petrus in piscatoris officio se exercuerat, nunc ædificatoris arti se ingerit; quid mirum, si in ignorantiam cadat, inficiusque dicatur? Tertio. Idem D. Proculus sic ait: Petrus more suo semper præcepit, quos mentis oculis nunquam ante respicere, conspectus colloquens cum ipso magnitudinem miraculi, haud perpendens, neque considerans divini splendoris insolentiam, & novitatem, locum istum desertum bonum vocat. Petrus nunquam videtur similem gloriam, Moyse, & Eliam nunquam agnouerat; & tamen ad tantæ rei novitatis primum aspectum ita statim capitur, vt absque vlla consideratione velit in illo loco permanere; acingere tabernacula, eosque in socios habere. Qui autem ad primum rei insolitæ intuitum maxime afficitur, frequenter inficientiæ notam non effugit.*

**175.** **Proculus.** Quartò Idem D. Proculus citato serm. *Petri sententiam impugnans, sic fatur: Frustra ergo in banc terram perueni, si perpetuo in hac terra manet: frustra sese ipse exinanivit, formamq. servi accepit, nisi crucem apud vos pertulerit; & proprio sanguine mundum redemerit. Ac si dicat: Frustra Dei filius veniret in mundum, frustraque nostra humanitate assumpta se exinaniret, si perpetuo in gloria Thaboris maneret; sicque inchoatum redemptionis opus non consummaretur. Qui autem vult, vt Deus opus inceptum non perficiat, & absoluat; nesciens merito vocatur.*

**176.** **Hieron.** Quintò D. Hieronymus Epist. ad Marcellam in fine. *Peragramus ad tabernacula Saluatoris, non vt Petrus quondam voluit cum Moyse, & Elia, sed vt cum Patre cernamus, & Spiritu sancto. Recte Petrus vt ignorans arguitur, qui habens secum Iesum, ad Moyse, & Eliam respexit, illorumque meminit: & quæ maior ignorantia, quam Deo præsentem ad creaturam dirigere visum? Sextò Idem D. Hieronymus in cap. 17. Matth. Errat, Petre, ait, sciri alius Evangelista restatur, nescis, quid dicas: noli tria tabernacula querere, cum sit tabernaculum Evangelij, in quo Lex, & Propheta recipiendi sunt. Per hos tres Evangelium, Lex, & Propheta designantur; horum autem trium singularis est ad invicem concordia, ac vnio: non ergo his, quasi pluribus, multa sunt construenda tentoria; sed ob miratam vna est illa assignata domus,*

**Daf. Seleucus.**  
**Proculus.**  
**Ephren.**  
**Chrysostr.**  
*Dominus cum seruo non est metiendus.*

**174.**  
**Proculus.**  
*Ignorantia, in alieno se officio innotuit.*

*Ad rem novam non statim sine consideratione afficiatur homo.*

*Opus inceptum perficiendum.*

*Errat, qui Iesum habens, creaturam respicit.*

**Hieron.**

*Lex, & Propheta coheret cum Evangelio.*

quæ est Ecclesia, vt ait Origenes homil. 6. in Leuitic.

Septimò D. Cyprianus serm. de Resurrect. agens de splendore Transfigurationis, sic subdit. *Momentaneus ille decor imaginem, non speciem; similitudinem, non substantiam; partem, non plenitudinem transformationis mirifice explicavit. Accusatur Petrus vt ignorans, cum ad momentaneum Transfigurationis resplendorem sic afficiebatur, vt nihil aliud requireret: de stultitia enim venit, quod momentanea requiramus, nil aliud attendentes. Octauò D. Remigius. Erravit etiam Petrus, ait, qui voluit, vt regnum celorum constitueretur in terra, quod Dominus promiserat dare in celis. Intentare, rerum ordinem inuertere, magna ignorantia, sicut & quod minimus apex in Dei verbis deficiat.*

Nonò Idem D. Remigius. *Erravit etiam Petrus, quia oblitus est se, & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis voluit subire æternam felicitatem. De ignorantia accusatur. Petrus dicens, Bonum est, nos hic esse: non enim æterno gaudio fruitor, nisi prius mortis acerbitas degustetur. Decimò Rabanus. Erravit Petrus etiam in eo, inquit, quod caelesti conuersationi tabernacula facienda putavit, in qua domus necessaria non erat, cum scriptum sit, Templum non vidi in ea, Dominus Deus omnipotens templum illius est, & Agnus Apocal. 21. num. 22. Deus non indiget templo, seu tabernaculo; ac consequenter nec beati; quia implet Deus sibi est templum; nam in se ipso videtur à beatis, & in se ipso maiestatem omnem templi continet; eamque veluti veluti totam, licet non totaliter, beatis fruendam, & possidendam communicat.*

Vndecimò D. Paschasius lib. 3. in Matth. *Error in causa est, ait, quod tria se reprobavit facere tabernacula, vnum scilicet, ac si priuatum, Iesu, alterum Moyse, & aliud Elie, quasi non eos caperet vnum tabernaculum, nec in vno simul consistere possent. Ignorantiam committit Petrus, dum cogitat, Iesum separare à Moyse, & Elia; cum ipse Dominus sit suis valde præsentissimus. Deinde quia in gloria vult, Iesu facere tabernaculum separatam à Moyse, & Elia: & quale bonum ipsis, à Iesu separatis, potest obuenire? Sic dicit idem Paschasius. Neque cogitas, quod Moyse, & Elia nunquam, & nunquam velint esse sine Deo Domino? Deinde quia error est, cogitare, ministros constituere in tabernaculis distinctis à Domino suo, cum ipsi debeant esse coniunctissimi in eadem domo, vt facile ad illum aditum habeant.*

Duodecimò D. Damascenus Orat. de Transfig. *An non bonum est, ait, à bono minime sciungi? Non absurdè sanè Petrus hoc prolocutus est. Verum quoniam omnia tempore suo bona sunt, oportebat porro, non ipsi dumtaxat, qui illic erant, bonum circumscribi, sed ad omnes, qui fide præditi essent, diffundi, quo plures essent, qui beneficium perciperent, quod quidem per Crucem, ad mortem perficiendum erat. Suggillatur Petrus vt nesciens, dum Iesu gloriam in paucis, qui illic aderant, coarctare vult, quæ in omnes diffundenda erat; Oportebat porro, non ipsi dumtaxat, qui illic erant, bonum circumscribi. Deinde quia Petrus cogitat, gloriam Iesu sine Cruce, & morte posse consistere. Quod quidem per Crucem, & mortem perficiendum erat. Exinde in nescientis notam incurrit.*

Decimotertio D. Bernardus serm. ad fratres de monte Dei ait. *Petrus in eo quidem abreptus sibi, & nesciens quid diceret, quia vna Dei maiestatis commu-*

**Origenes.**  
**177.**  
**Cyprianus.**  
*Ignorantia, prauoneuina, nec omittit caelestia.*  
**Remigius.**  
*Rerum ordo non est inuertendus.*  
**178.**  
**Remigius.**  
*Morte gustata, fruitor æternis.*  
**Rabanus.**  
**Apocal. 21.**  
*Deus sibi est templum.*  
**179.**  
**Paschas.**  
*Nullum bonum sine Iesu.*  
**180.**  
**Damac.**  
*Gloria Christi non datur sine Cruce, & passione.*  
**181.**  
**Bernard.**

*Ignorantia, eomune bonis interpretatos concludere, Abulens.*

*mune bonum intra priuatum suum visus est conclusisse. Criminator Petrus, vt nesciens: commune enim bonum, scilicet Christi maiestatem, sibi tantum voluit retinere, totumque intra se concludere; nam, vt etiam ait Abulensis quæst. 72. Si Christus non descenderet, solum qui erant in monte, eius gloria fruerentur. Ex quo nota, quòd Petrus hic loquebatur, vt Pontifex, ac caput Apostolorum; & de eo scribitur, nesciebat quid diceret. De Caipha autem dicente de Christi morte: Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo: cum ipse nesciret, quid loqueretur; subdit tamen Evangelista: Prophetauit, Ioan. 11. num. 51. cum esset Pontifex anni illius. Et Petrus etiam, iuxta Tertullianum, & Damascenum supra relatos quæst. 19. prophetauit, cum ait: faciamus hic tria tabernacula. Cur de eo tantum asseritur, Nesciebat, quid diceret, non vero, prophetauit? Petrus in præsentia agebat de bono particularium: Bonum est, nos hic esse: indèque nesciens vocatur. At vero Caiphas de bono communi pertrahebat: Vt vnus homo moriatur pro populo: indèque nobilitatur, quòd prophetauerit.*

Decimoquartò Theopylactus sic introducit Petrum desiderantem, vt Moyses, & Elias diu adessent in monte, tanquam fortissimi bellatores, vt siquid contra Christum ab aduersariis machinaretur, ipsi repellerent; sic ait Theophyl. *Si quis huc venerit, habemus Moysen, & Eliam nos adiuuantes; Moyses quidem Ægyptios deuicit: Elias autem ignem è celo deduxit: & tales erunt in inimicos, si qui huc contra nos venturi sunt. Hæc autem præ nimio timore loquebatur, sicut Lucas inquit, nesciens quid diceret. Aderat Christus in Thabor orans, vt scribit D. Lucas, facta est, dum oraret, species vultus eius altera. Eratque tractans de adimplendo mortis præcepto, sibi à Patre imposto: agebatque de communi bono, ac redemptione totius generis humani. Dicebant excessum eius, quem complectur erat in Ierusalem: reicitur Petrus vt nesciens, dum Christo oranti, ac de obedientia adimplenda, bonoque communi cogitanti externa adiuuamina intendit conferre; ac si plus prævaleret ad prosternendos hostes Moyses, & Elias, quam Christi oratio, obedientia, ac charitas. Errat ergo Petrus, cum potentior existimat Moysis manum, Elie ignem, quam Christi obedientiam, orationem, ac charitatem; quilibet enim ex his virtutibus multum robustior omnibus armis ad hostes repellendos, ac conculcandos.*

Decimoquintò D. Leo serm. de Transfig. expendens verba Petri: *Domine, bonum est, nos hic esse: sic ait: Huic suggestioni Dominus non respondit, significans, non quidem improbum, sed inordinatum esse, quod cuperet. Vt intelligeremus, inter tentationes huius vite prius nobis tolerantiam postulandam esse, quam gloriam, quia tempora patiendi non potest felicitas præuenire regnandi. Erravit Petrus, quia gloriam præcurrere passioni voluit, & premium meritis.*

Decimosexto D. Antonius Vlyssippon. serm. in Dom. 2. Quadrage. *Quia, ait, tabernaculum est mansio transmutabilis: firmam autem Deo habitationem facere oportet: Deo autem competit æterna. Nesciebat Petrus quid diceret, cum conatur Domino patere tabernaculum, quod breuiter, ac transeunter à viatoribus habitatur: Deo autem competit fixa, ac perpetua domus. Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum. Psalm. 92. num. 7. Qui ad mensam Domini conueniunt, Sylueira in Euang. Tom. IV.*

*Ignorantia, eomune bonis interpretatos concludere, Abulens.*

**Ioan. 11.**

*Abulens*

**182.**

**Theophyl.**

**179.**

**Paschas.**

*Oratio, vel obedientia, seu Charitas, omnibus armis potentior.*

**183.**

**Leo.**

*Non obtinetur gloria, seu premium sine meritis.*

**184.**

**Anton. Vly.**

*Psalm. 92. Anima recipiens Eucharistiam.*

vt ipsi in anima sua præparent habitaculum, non sit ad vnum, vel alterum diem, sed in longitudinem dierum. Hinc sponsum suum inuitans Anima sancta dicebat illi: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Cantic. 1. num. 16. Cur potius ex huiusmodi lignis, quam ex aliis fabricata erat domus? Ligna illa sunt incorruptibilia: Deo autem non placent, nisi perennia, ac perpetua tabernacula. D. Iustinus Orgelitanus in Cantic. *Domus ista, inquit, in quibus Christus habitat, Sancti sunt; sicut Propheta dicit, Quoniam inhabitabo in eis. Tecta autem, & laquearia domorum istarum cedrina, & cypressina, que incorruptibilia dignescuntur.*

Decimoseptimò. Vt nesciens loquitur Petrus, cum enim esset in gloria, ait: *faciamus tria tabernacula: faciendum, ac laborandum, non cum fumus in gloria, sed antequam ad illam deueniamus, vt per opera nostra illam obtineamus, ac veluti per gradus illam ascendamus. De Christo Domino ait Paulus ad Hebræ. 1. n. 3. Purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, seu, vt legit D. Chrysostr. Per semetipsum, mundationem peccatorum facta, descendit in dextera maiestatis in excelsis. Vt explicant ipse Chrysostr. Theodoretus, & Theophylact. Christus sanguine suo purgavit peccata nostra, & huius expiationis merito descendit ad dexteram Dei. Hinc de Iustis in gloria regnantibus inquit Ioannes Apocal. 14. num. 13. Opera enim illorum sequuntur illos.*

Decimo octauò. Vt nescius reicitur Petrus, dum ait: *Domine, bonum est, nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula.* Omnium vota per suum iudicium diiudicare conatur; & quod sibi placet, omnibus esse complacitum, autumat. Audiens Caiphas Christum Dominum differentem de aduentu suo ad iudicandum in nubibus cæli, Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens, blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? *Matt. 26. n. 65. Auditis Christi verbis tacent omnes; & tamen iniquus iudex omnium nomine loquitur, blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Cur suum tantum non profert iudicium, ac veluti si diceret, mihi iam non est necessarius testis? Cur pro omnibus respondet, quid adhuc egemus testibus? Cum nefarius iudex Christum tanquam blasphemum, ac reum mortis iudicaret; à sua sententia neminem discrepare, indubitanter tenet, ac præsumit. Vide multa de hac re tom. 1. 2. & 3. Verb. Iudicare, seu Præsumere.*

QUESTIO XXII.

*Quare censuram D. Petri de inficientia non scribit D. Mattheus, sed Marcus, & Lucas eam referunt?*

**IN** limine huius quæstionis notandum. Censuram nescientis, impostam Petro in hoc loco, ei à Spiritu sancto, qui Evangelistarum linguas dirigebat, impingi. Et cur non à Christo D. forsitan Christus respiciebat personam hominum? nonne ei dixit aliquando, *Vade post me Satana.* *Matth. 16. n. 23.* Cur in præsentia eum nescium non vocat? Huius rei solutio petenda est ex exordio Evangelij: *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & c. Cum ergo Christus D. Petrum assumpsisset, ac elegisset maxime eum honorans, ac nobilitans, vt illum secum in montem adduceret; inde cauet, eum inficientis nota*

Cantic. 1.

Orgelitan.

**185.**  
*Ante affectionem gloria operandum.*

**Hebræor. 1.**  
**Chrysostr.**  
**Theodoret.**  
**Theophyl.**

**Apocal. 14.**

**186.**

*Quilibet ex se alios iudicet.*

**Matth. 26.**

**187.**

**Matth. 16.**

*Electus à te ad honores, non est dedecorandus, ac contristandus.*